

JOANNIS JACOBI
SCARFANTONI

J. C. Patritii, & Ecclesiæ Pistorien. Canonici
ANIMADVERSIONES

AD LUCUBRATIONES CANONICALES
FRANCISCI CECCOPERII

DE CANONICORUM PRÆCEDENTIA,
Officio in Choro, ac circa Sacrificium Missæ, necnon
de eorum Potestate in Capitulo,

Novo ordine, clariorique methodo digestas,

DECISIONIBUS SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,
& Clarissimorum Jurisconsultorum Votis ad Materiam editis,

ÆJUSDEM SCARFANTONI OPERA AC STUDIO,
auctas, atque illustratas.

PARS PRIMA.

De la biblioteca del Colegio de Cuernca



VITERBII, MDCCLL

Prostant

VENETIIS
IN TYPOGRAPHIA BALLEONIANA.





LECTORI BENEVOLO SALUTEM.



Aucis te monitum velim, amice Lector, quid me potissimum causa impulerit, ut in tanta Librorum copia, quibus adeo Scientia Juris Canonici aucta id temporis, atque illustrata fuit, ego quoque ad scribendum aggressus sim, qui nulla re cum eorum Auctoribus sum comparandus. Vereor enim ne quod

----- tenet insanabile multos

Scribendi cachoetes,

eo me quoque teneri suspiceris. Hujus igitur excludendi Operis occasio fuit, quod, quum Elucubrationes Canonice Ceccoperii exituras iterum accepissem (in quibus plura de Canonicis institutis singulariter habentur collecta, ob idque Sacra Rota Romana saepius illius auctoritatem est amplexa) gratiam me studiosorum hominum initurum putavi, si quae ab ipso tractantur, alio ordine digessissem, si quatuor Libros, in quos divisum est Opus, in Titulos distinxissem, si sua singulis Argumenta titulis apposuissem, si Operi denique universo locupletissimum Indicem adjuxissem. Et siquidem manus operi admoeram, non inutile prorsus existimaui Decisiones aliquot ejusdem Sacrae Rotae, quae ad rem pertinebant, adungere, quibus tanti Viri doctrina magis, magisque illustraretur. Quod vero ad illas Animadversiones attinet, quas ad ea, quae a laudato Auctore tractantur his Libris cuicumque titulo appositae a me invenies, nolim putes, eo paratas animo, ut typis illa mandare constituissem. Non enim mihi tantum tribuebam, quum iis studiis, Romae praesertim, navarem operam, quae meo statui, vitaeque rationi jam susceptae convenire maxime videbantur, ut, quae privato studio collegeram, tuis digna oculis, & publica luce putarem. Sed quum ea Viris nonnullis amicis, ac pernecessariis meis, omni doctrina ornatissimis communicassem, eorumque judicio gravissimo subjecissem, quae probari iis sensi, eorum tandem auctoritate adductus sum, ut in lucem edenda curarem. Habes, benevole Lector, rationem consilii mei, cujus me nunquam poenitebit, si quid forte hoc meo labore, studioque ad tuam utilitatem, & fructum attulero. Vale.



DE CANONICORUM PRÆCEDENTIA LIBER PRIMUS.

ARGUMENTUM.

De Præcedentia in genere, & quomodo sit tuenda ab Ecclesiasticis, & a quo iure promanet, & an sit laudabile, lites super Præcedentia instituisse.

SUMMARIUM.

- 1 **N**ovitas est grata.
- 2 Omnis novitas non caret perturbatioe, etiamsi res nova sit bona.
- 3 Causa est materia, seu origo negotii, & inferit necessarios suam causatum.
- 4 Occasionem querit, qui vult ab amicis recedere.
- 5 De causa irrationabili, & remota, non est curandum.
- 6 Causa Præcedentia reputantur graves, cum sanam personarum concernant.
- 7 Præcedentia est majoritatis recognitio, in certis casibus debi a uni persona supra aliam.
- 8 Est ius præciosum, & non passit deponi armata manu.
- 9 Ecclesiastici sunt valentes Cælestis Militie, non armata.
- 10 Pro defensione Patrie licet eisdem cædere armis mentis, & portat Civilitatis, non tamen ius Præcedentia.
- 11 Injuria afficitur is, cui locus competens admittitur, & potest agere actione injuriarum.
- 12 Præcedentia spectat ad ius publicum, & provenit a Deo, a natura, & a lege.
- 13 Quæ a Deo sunt, ordinata sunt.
- 14 Sublata Præcedentia, sequetur confusio.
- 15 Peccat, qui Præcedentiam, sibi non debitam, usurpat.
- 16 Ambitiosus non est dicendus, qui iuris autoritate custodit suam Præcedentiam.
- 17 Ambitiosus est inordinatus appetitus gloriæ, & honoris terreni.
- 18 Non debet quis suam bonam negligere, infirmitate appellatur, qui suo loco cedit in publico, ibidem.
- 19 Nullam vim est appetere Præcedentiam, moderate tamen, ut debitas honores majori tribuantur. Militans Ecclesia imitatur remanentem, ibid. Non est censenda peccantibus de jure Præcedentia in Canonico, ibid.
- 20 Sub humilitate Christi diversi gradus existere Discipulorum, Evangelistarum, & Apostolorum.
- 21 Episcopi debent sanonarie terminare questiones de Præcedentia, tam inter personas Ecclesiasticas, quam Regulares, exortas in functionibus Ecclesiasticis.
- 22 Si minor recusat dare Præcedentiam majori in adibus civilibus privatis, non potest implorari a majori iudicio officium.

Coecp. Lucubr. Tom. I.

- 23 Episcopus tamen potest jubere Christi, ut sibi invicem beneficentiam præstent, juxta casusque dignitatem.
- 24 Lites super Præcedentia non sunt novæ in hoc seculo, etiamque quomodam mundas durabit.
- 25 In fine Mundi cessabit lites Præcedentia, sed non desinet majoritas, & ordo mansurum.

TITULUS I.



Rata novitas, vulgari fertur adagio, ut inquit Gless. in proxima ff. vet. in sec. vers. Nova, Veram omnis rerum novatio non caret perturbatioe, ut cecinit Cornelius Gallus: *Eventus variis res novas semper habet.* Quod plerumque etiam accidit, quantumvis res nova sit bona. Extraxi. Inter cuncta sic. de privil. & notat Guido Papa in c. cum consuetudinis num. 2. de consuet. Et quis ignorat, nato Christo Domino, Mundi Salvatore, ob hoc novum, & summum bonum, turbari Herodem Regem, & omnem Jerosolymam cum illo? *Matth. 23. 2.* Hæc perpeximus, & novas consue contraximus, mutato statu hujus simplicis Pavoehialis Ecclesiæ in celebrem Collegiatam; ex hujusmodi enim nova Perlicite qualitate quamplures, & diversæ subortæ sunt, ac excitatæ controversiæ, & contentiones inter Canonicos, & aliquos de Clero Seculari, & Regulari, necnon quosdam de Populo, & exinde inter ipsosmet Capitulares; idque evenit non casu, sed novi Collegii occasione, quæ differt a causa *ex c. 1. de major. & obed.* Nam causa est materia, seu origo negotii. *Zaber. in Clem. Dudum n. 4. de sepul.* inferitque necessarios suam causatum: Et mala sunt, quæ mali præbent causam *cap. ex parte de consuet.* Occasio vero comprehendit quamlibet causam sine ratione. *Dec. in cap. cognoscens n. 7. de consuet. Abb. in cap. Ut nostrum. n. 20. ut ben. in dno. conf.* Consonat illud, Occasionem querit, qui vult ab amico recedere. Querit iste, ut ait Tase. l. c. causam irrationabilem, remocam, & non veram, de qua non est curandum, ut inquit *Zaber. in Clem. causam n. 3. de elect. & de elect. potest special. dec. 176. n. 2. part. 2.*

Collegiata Matris dicitur nova, quia non fuit prius *cap. Nov autem 2. q. 2. cumque sit ecclesia ad Divini cultus augmentum, ideo bona; nec desinit esse pium, & iustum opus, licet propter eam alteracionum occasiones occiderint, ex Nat. in. Com. de or. cap. 18. num. 21. & Idacet. de Discipul. part. 1. q. 7. n. ult.* In eadem Collegiata manus Chori, & Uti-vinorum, Abbati, & Canonice tantummodo a Papa in Bullis fuit infundum; nihilominus simplicium Beneficiorum ejusdem Ecclesiæ Capellani, ac duo

A Sacer.



DECISIONES

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ,

ET VOTA DECISIVA DIVERSORUM JUDICUM.

R. P. D. ANSALDO.

Astoricen. Præminentiarum.

Lusæ 2. Junii 1704.

ARGUMENTUM.

Episcopo, tanquam Capiti Ecclesie, debetur præ-
eminentia etiam in Capitulo, ad eumque spectat
pulsare campanulam, ac horologium arenarium
moderari, non obstante consuetudine in contra-
rium, etiam immemorabili. Quomodo intelligen-
di sint Doctores, tenentes, Episcopum interve-
nientem in Capitulo uti Canonicum sedere debe-
re in loco suo Canonicali. Per factum Antecesso-
ris non præjudicatur succedenti in Dignitate, imo
nec per concordiam, quæ a S. Sede non fuerit
approbata.

SUMMARIUM.

- 1 Licet Episcopus, & Canonici faciant unum Cor-
pus Episcopatus tamen est Caput.
- 2 Et apud ipsum est præcipua omnium rerum agen-
dorum autoritas.
- 3 Ante Ecclesiam Cathedralis non possunt alii Ec-
clesie in Sabbato Sancto pulsare Campanam.
- 4 Idem quoque censendum est quoad Ecclesiam Ma-
tricem, etiam si Ecclesia aliqua Collegiata saluta
se habere omnimodam præcedentiam super ipsam.
- 5 Episcopus, uti Canonicus intervenit in Capitu-
lo, non potest quidquam præterire supra Ca-
nonice digniores, & antiquiores, excepto solo
habitu.
- 6 Declara n. 10. & 11.
- 7 Abbas consecratoribus tribui debet mandanti, non
easquenti.
- 8 Mantentio nunquam denegatur decanti de sua
possessione.
- 9 Non obstante censura Sac. Conc. Trid. subsiste-
re potest consuetudo, quod Decanus, vel alia
Dignitas, procedat in sedendo Episcopo, non
uti Episcopo, sed uti Canonico intervenienti
in Capitulo.
- 10 Nihil magis mantentioni famulatur, quam
præteritio unius, & contradictio alterius cum
subsecuta acquiescentia præteritis.
- 11 Ex duabus prærogativis prævalet illa, quæ est
excellenti.
- 12 Lex indistincte loquens, indistincte est accipienda.
- 13 Episcopus, occupans primam Sedem, dicitur in-
tervenire uti Episcopus, non uti Canonicus.
- 14 A diversis non fit illatio.
- 15 Ad Capitulum spectat assignare Edicta occasione
vacationis Præbendarum, vel Canoniarum,
ad quod spectant in sequelam collatio, vel in-
stitutio.
- 16 An consuetudo, seuve Decani introducta, quan-
do etiam fuerit amicus pacifica, adhuc tan-
quam abusus sit revocanda ex S. Conc. Trid.
sess. 25. de reformat. c. 6. revocanda.

do etiam fuerit amicus pacifica, adhuc tan-
quam abusus sit revocanda ex S. Conc. Trid.
sess. 25. de reformat. c. 6. revocanda.

- 17 Testis indatus pro parte potentis mantentio-
nem, contra ipsam valide probat.
- 18 In conflictu Testium, illi sunt preferendi, qui
deponunt pro eo, qui habet iuris assensionem.
- 19 Ad intercompendem immemorabilem sufficit solus
memor in contrariam.
- 20 Præteritio facta occasione abstinentie ab aliquo
actu, præteritio per præteritio.
- 21 Ea tamen non attenditur, quæ est contraria facti.
- 22 Factum Antecessorum non est aptum præjudicare
circa ius Præminentiarum successoribus in Di-
gnitate, imo nec ipsa concordia, citra appro-
bationem Apostolicam.

DECISIO I.

Controversiam pulsandi in Capitularibus
Comitis Campanulæ, seu Tintinnabulum,
revolvendique Ciespidam pulveris,
sive Horarium instrumentum, de anno
1669. suscitam inter Reverendissimum Episcopum,
& Decanum Ecclesie Cathedralis Astoricen. Curia
Nunciature Hispaniarum diremperat favore Epi-
scopi, sed provocante Decano ad nostram Audito-
rium a mandato de mantentione, per eandem Cu-
riam relaxato, hodie Domini, iura colligantium
de quo appendente, censuerunt ipsam, nempe
dandum esse mantentionem Episcopo.

Obstitit siquidem contrarie præteritioni Decani
generica iuris assensio iuxta quam, licet Episco-
pus, aliæve dignitates, vel Canonici, unum cor-
pus efficiunt, Episcopus tamen in hoc ipso cor-
pore, quod varia membra habet, ut dicebat S.
Paulus, semper est Caput, uti rescripsit Sanctus
Pontifex Alex. VIII. Patriarchæ Hierosolymitano in
cap. Novit. de his, quæ sunt a Prelat. ibi. - *Præ-
teritio Præteritio sui unicum caput sit, ita quod Tu Ca-
pitulum*; Quapropter cum pulsatio Tintinnabuli, & Ho-
rologii moderamen controvertetur in substantia,
tanquam actus magis honorificus, & præminen-
tialis, non poterat, præterente Episcopo, usurpari
ab aliis membris inferioribus, & subalternis,
sed ab ipso Episcopo esse explendus, alias fuisset
monstruosum, quod membra Capiti præterent; &
ob id in Hierarchica militante Ecclesia, in qua
plura officia ad similitudinem triumphantis distri-
buntur, Episcopus in hoc cæteros antecellit, ut
sit indefinite excellentior moderator, ita bene com-
mentente D. Iphigeneo Episcopo Hispanensi in Epistola
ad Aufredum, registrata in Decreto part. 1. lib. 1. c.
25. can. 1. ubi concludit sub 3. *Ad præbendam; Ip-
se tamen (scilicet Episcopus) est præordinatus in
cædit, sicuti quoque augustius præterentiavit Synodus
Tridentina sess. 25. de Reformat. c. 6. ubi loquens de
Epi-*